



Perillustris, Nobilissime, et Doctissime

DOMINE,

Inter multos vivo : id tamen conor agere, quod pauci, ut bene de multis merear. Curiosa mentis indagine terrarum Orbem lustrare, et metiri Dierum curricula ausus sum : laudem, ac reprehensionem merear, à tuo potissimum iudicio pendebit. Tu sanè inter paucos et verè magnos emines, cuius divinum ingenium, et simul incomparabilem Summitatem suspicio ac veneror. Ecce, tibi se submittit novus Sicculus, qui principium  $\nu\chi\gamma\mu\eta\epsilon\delta$  exsibet. Tuâ utar censurâ, ut vel temeritatem meam intelligam, vel defendam industriam; inter quam utramque Scripti fama saeret. Sed etiam in Litteris aliquid audendum est, ne iacere videantur : altius autem assurgere non possunt, quàm si ad legem et lineam Caelum ipsum ducant. Lege igitur Saec pauca, et examina : quae si placebunt, plura et iam parata proferam ; si displicebunt, contractis alis, in me rursus descendam. Quae adhuc scribenda evant,

Hug. 37.

Sic frater meus, Praetor Ruraemundanus, di-  
cturus est, candidi vir animi, et meum reprae-  
sentans. Sic illum audi, tanquam ipse loquar:  
sic iura, tanquam Beneficium ipse petam. Quia  
accepi, peto: accipiam autem, ut aeternum ob-  
stringar. Vale, et vive Litterarum et Virtutum  
decus, meque ama. Lovanii in Arce, vi.  
Eid. Septemb. M. DC. XXXII.

Vero affectu, obsequio, cultu

TVVS

Erycius Puteanus.

3



*[Faint, illegible handwriting in a historical script, possibly Latin or Greek, visible through the paper.]*

*As Trajiri: Nos. 23. 1. p. 32*